

Barthol. Ancaranus S. Theol. Doct. &c. Ex.
Syn.

Joh: Jegallius S. Th. D. &c. Ex. Syn.

Joh: Franciscus Montanarius Canc. Pa:^{lis}
1059) Formula confirmationis Plebanor. per
Nuncium.

1661, 19 Novemb.

Jacobus Altoviti Dei & Ap. Sedis gratia Ar-
chiep. Athenarum, SS: D. N. Pralatus Domesticus
Assistens, ac in toto Ser: DD. Venetorum Dominio
Nuncius Apostolicus.

Dilecto nobis in Christo R. D. Francisco Salvetto,
Rectori Plebano nuncupato Parochialis & Collegiate
Ecclesiae S: Stephani Conf. Venetiar. Salutem in Dno
semper.

Vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia pro-
bitatis & virtutum merita, super quibus apud nos
fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut
tibi reddamur ad gratiam liberales. Dudum siquidem
vacante Ecclesia prædicta per obitum Joh: Baptiste
Lambranci ultimi & immediati dictæ Ecclesiae ple-
bani, Tu per parochianos de more in eadem congre-
gatos, servatis servandis, in locum dicti defuncti
electus fuisti, & subinde juxta S. Conc. Trid. de-
creta coram R: D. Patriarcha Venetiar. tuo Ordi-
nario per Examinatores in Diœcesana Synodo depu-
tatos diligenter examinatus, & idoneus repertus fuis-
ti. Quæ quidem electio cum a nobis veniat appro-
banda & confirmando, ideo electionem hujusmodi de
persona tua factam, auctoritate Ap: nobis conces-
sa, & qua virtute Officii nostri fungimur in hac
parte, tenore præsentium confirmamus & approba-
mus, ac plebanatum prædictum, qui in dicta Eccle-
sia